

*Sacrificij Eucharistici odoramentum,*  
*Benevolentiae incitamentum,*  
*Vitae erumnose lenimentum,*  
*Mortis edulcoratio,*  
*Vitae beatæ prægustatio,*  
*Salutis aeternae expeditio.*

### CAPITULUM XXVII.

RATIONES ET FUNDAMENTA  
 quare Deus orationes nostras certo  
 & clementer exaudiat.

*Psalm. 86. Quoniam tu Domine suavis & mitis, & multa misericordiae omnibus invocantibus te. Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meae. In die tribulationis meae clamavi ad te: quia exaudivisti me.*

**V**ERBA sunt Jeremiae c. 3. Lament.  
*Misericordiae Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus. Nova diluendo, multa est fides tua. Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Quibus verbis Spiritus sanctus efficaciter nos consolatur in afflictionibus nostris, argumento petito à Dei benignitate & misericordia.*

cordia